

[III p 6]

GLORIA VERO prosa sexta. Postquam Philosophia ostendit quod potestas temporalis non spectat ad <sup>u</sup>veram beatitudinem nec facit <sup>u</sup>vere beatum, hic ostendit idem de gloria. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit hoc<sup>1</sup> de gloria que<sup>2</sup> <sup>u</sup>provenit alicui ex laude proprie <sup>u</sup>virtutis. Secundo ostendit idem de gloria quam quidam habent ex nobilitate sanguinis ibi (20) IAM VERO QUAM. Circa primum duo facit. Primo enim agit de gloria que ex laude <sup>u</sup>virtutis false<sup>3</sup> <sup>u</sup>provenit, secundo de illa que <sup>u</sup>vere ex meritis <sup>u</sup>provenit ibi (8) QUE ETIAM SI MERITIS. Quantum ad primum procedit sic. Manifestum<sup>4</sup> est quod illud quod est<sup>5</sup> fallax et turpe ad beatitudinem non spectat nec beatum facit. Sed talis est gloria falso acquisita. Unde dicit (1) GLORIA VERO QUAM FALLAX SEPE, QUAM TURPIS subaudi satis tibi patet. Quod autem sit fallax probat auctoritate cuiusdam poete Greci qui tragedias composuit. Quid autem sit tragedia supra dictum est libro secundo prosa secunda.<sup>6</sup> Propter quod dicit (2) TRAGICUS<sup>7</sup> QUIDAM EXCLAMAT<sup>8</sup> ponit autem auctoritatem in Greco que in Latino tantum sonat: O GLORIA IN MILIBUS HOMINUM NICHIL

---

-----  
 1 hoc O(?J) om. R hic P / 2 que RPO quo J / 3 false RPO falso J /  
 4 manifestum RO om. P me<sup>m</sup> J / 5 est RO om. PJ / 6 secunda RO om. P  
 prima J / 7 tragicus O tragitus P tragecus JR / 8 quidam exclamat  
RP q<sup>i</sup>d' ex<sup>m</sup>clamat J q<sup>i</sup>dem ex<sup>m</sup>clamat O /

ALIUD FACTA scilicet quia sine meritis falso provenit NISI  
 AURIBUS IN FLACIO MAGNA quod manifestat per hoc quod subiungit  
 (5) PLURES ENIM MAGNUM NOMEN ABSTULERUNT id est iniuste et falso  
 tulerunt FALSIS OPINIONIBUS VULGI. Deinde probat quod huiusmodi  
 gloria sit turpis dicens (6) QUO scilicet<sup>9</sup> qua falsa laude QUID  
 POTEST EXCOGITARI TURPIUS ? quasi diceret nichil cuius rationem<sup>10</sup>  
 subiungit (7) NAM QUI PREDICANTUR id est laudantur FALSO NECESSE  
 EST ERUBESCANT LAUDIBUS SUIS. Secundum enim philosophum quarto  
 ethicorum <sup>u</sup> yerecundia, cui idem est erubescencia, est timor  
 ingloriacionis. Qui autem scit se falso gloriam acquisisse  
 necesse est quod timeat <sup>u</sup> priuari illa per manifestacionem <sup>u</sup> veritatis  
 et ita incidere in ingloriacionem. Deinde cum dicit (8) QUE SI  
 ECIAM probat quod nec gloria acquisita meritis spectat ad  
 beatitudinem. Et circa hoc duo facit. Primo probat intentum.  
 Secundo <sup>12</sup> ~~12~~ excludit quandam falsam responsionem ibi (17) INTER HEC.  
 Probat autem propositum dupliciter: primo quia sapientes<sup>13</sup> de ea<sup>13</sup>  
 non curant ad quos maxime spectat beatitudo, unde dicit QUE  
 scilicet laudes que spectant ad gloriam SI ECIAM id est quamvis <sup>u</sup>

al

-----  
 9 quo scilicet P (q<sup>o</sup>.c. J) quod id est RO / 10 cuius rationem RO  
 cuius oracionem P cuiusmodi oracionem J / 11 manifestacionem RPO  
 māifaccomm J / 12 secundo RPO primo J / 13 sapientes de ea JRO  
 sapientes qui bonum suum non merentur de ea P /

CONQUISITE SINT MERITIS, TAMEN QUID<sup>14</sup> ADIECERINT CONSCIENCIE  
 SAPIENTIS QUI BONUM SUUM METITUR NON RUMORE POPULARI SED  
 VERITATE CONSCIENCIE ? quasi diceret nichil. Secundo probat idem  
 per locum ab oppositis, quia si beatum est nomen propagasse <sup>igitur</sup> <sup>15</sup>  
 miserum est non propagasse. <sup>15</sup> Unde, cum <sup>15</sup> pro magna parte terrarum  
 necesse sit propagatum non esse, necesse est pro maiori parte  
 miserum esse. Dicit ergo (11) QUOD SI HOC IPSUM PULCHRUM VIDETUR  
 NOMEN PROPAGASSE id est famam di<sup>u</sup>ulgasse CONSEQUENS EST UT  
 IUDICETUR FEDUM NON EXTENDISSE scilicet nomen. (14) SED CUM UTI  
 PAULO ANTE DISSERUI libro secundo prosa septima NECESSE SIT  
 PLURES ESSE GENTES<sup>16</sup> AD QUAS FAMA UNIUS HOMINIS NEQUIT PERVENIRE,<sup>17</sup>  
 FIT id est sequitur UT PRO MAXIMA PARTE TERRARUM VIDEATUR INGLORIUS  
 QUEM TU GLORIOSUM ESSE ESTIMAS. Deinde cum dicit (17) INTER HEC  
 excludit quandam responsionem quia posset aliquis dicere quod  
 sufficit ad beatitudinem quod homo sit gloriosus in populo<sup>18</sup> suo  
 ita quod habeat eius gloriam et favo<sup>u</sup>rem et dicit<sup>19</sup> quod INTER HEC  
 bona scilicet que sunt in operatione <sup>u</sup> virtuosa et securitate  
 consciencie NEC PUTO GLORIAM POPULAREM COMMEMORACIONE DIGNAM

-----  
 14 tamen quid JO quid tamen P quid R / 15 ergo (igitur Q) miserum  
 est non propagasse (propasse J) unde cum JO om. RP / 16 gentes RPO  
 genges J / 17 per<sup>u</sup>venire JO pro<sup>u</sup>venire RP / 18 populo RPO ppo J /  
 19 et dicit PO et ideo dicit R hoc excludit et dicit J /

QUE NEC IUDICIO scilicet recte rationis PROVENIT populus enim  
 plus sequitur inclinacionem sensus quam rationis iudicium NEC  
 UMQUAM<sup>20</sup> FIRMA PERDURAT quia <sup>u</sup>variatur secundum motum <sup>u</sup>diversarum  
 passionum. Deinde cum dicit (20) IAM VERO QUAM SIT agit de gloria  
 que <sup>u</sup>provenit ex nobilitate sanguinis. Et circa hoc duo facit.  
 Primo ostendit quod inanis sit ista gloria. Secundo ostendit omnes  
 homines preter <sup>u</sup>viciosos esse nobiles metro sexto ibi OMNE HOMINUM.  
 Circa<sup>21</sup> primum duo facit. Primo ostendit <sup>u</sup>vanitatem istius glorie.  
 Secundo ostendit quid boni sit in nobilitate ibi (27) QUOD SI QUID.  
 Dicit ergo (20) IAM VERO QUIS NON VIDEAT <sup>22</sup>QUAM INANE QUAM <sup>22</sup>FUTILE  
 id est labile<sup>22</sup> SIT NOMEN NOBILITATIS ? quasi diceret tam  
 manifestum est quod nullus est qui<sup>23</sup> non <sup>u</sup>videat. Futile autem  
 nomen verbale <sup>u</sup>videtur ab hoc antiquo <sup>u</sup>verbo suo fuis quod modo non  
 est in usu nisi quantum ad preteritum et in hiis que formantur a  
 preteritis. (22) QUE scilicet nobilitas SI AD CLARITATEM  
 REFERTUR ALIENA EST scilicet ab illis qui se esse nobiles  
 gloriantur. Et hoc probat ponendo diffinicionem nobilitatis  
 dicens (22) NAMQUE NOBILITAS VIDETUR ESSE QUEDAM LAUS VENIENS  
 DE MERITIS PARENTUM. (24) QUOD SI PREDICATIO id est laus FACIT

---

-----  
 20 nec umquam RPO non quod J / 21 circa RPO circum J / 22 quam  
 inane quam futile id est labile D quam inane quam fictile id est  
 labile RO quam fictile id est laudabile (?) P quam fictile id est  
 labile J / 23 qui RPO quod J /

CLARITUDINEM NECESSE EST ILLI SINT CLARI QUI PREDICANTUR id est  
 laudantur; huiusmodi autem sunt parentes et non tu. (26) QUARE  
 SI TUAM NON HABES id est<sup>24</sup> claritudinem que scilicet ex laude tua  
 proveniat<sup>u</sup> ALIENA CLARITUDO NON EFFICIT TE SPLENDIDUM id est  
 gloriosum. Deinde cum dicit (27) QUOD SI QUID ostendit cuiusmodi  
 bonum est in nobilitate, quasi diceret ita parum est ibi de bono  
 quod merito dubitari potest utrum sit ibi aliquid boni<sup>u</sup> vel non.  
 Tamen ponendo quod sic (28) ID SOLUM ESSE ARBITROR UT NECESSITUDO  
 VIDEATUR IMPOSITA NOBILIBUS NE A VIRTUTE MAIORUM scilicet  
 progenitorum DEGENERENT scilicet per mores<sup>u</sup> viciosos. Melius est  
 enim a patre ignobili descendere et morigeratum esse quam a  
 nobili et per<sup>u</sup> vicia degenerare. Unde dicit Iuvenalis satira  
 octava: <sup>a</sup> ✓

Malo pater<sup>25</sup> tibi sit Tersites<sup>26</sup> dum modo tu sis  
 Eacide<sup>27</sup> similis<sup>28</sup> Volcaneaque arma capesses<sup>29</sup>  
 quam<sup>30</sup> te Tersite<sup>30</sup> similem producat Achilles.

a 269-274

24 id est JO scilicet RP / 25 malo pater RO scilicet a malo pater J  
 malopiter P / 26 tersites P resides R tresides J tersides O /  
 27 eacide O ille R eatide P easide J / 28 similis RPO siluis J /  
 29 capessas R capescas JO tapesses P / 30 quam te tersite O quam  
 te residere R quam tersiti P quam de terside J /